

1604. 1^a Abn's.

Ex MS. Grolinsiano 249
Est in MS. Zal. N^o 256.

Sigism. III ad Clementem VIII.

Sacratissime ac Beatissime Pater.

Post oscula pedum beatorum &c. Reverendo in
Christo Patre Domino Petro Tybelu a Varni-
ensi ad Episcopatum Vladislaviensem imperman-
lato ne dicitur Ecclesia Varniensis Pastore careat
indicta a nobis fuit Capitulo alterius Episcopi Ec-
lectio. Omnium concordibus suffragiis electus est Ve-
nerabilis Simon Thudnickus Propositus Gosnaniensis
& ejusdem Ecclesiae Canonius atque Megnini
Secretarius Major. Pro eo meam quoque commen-
dationem apud Sanctitatem Vestram interpone-
dum putavi. Vehementer enim cum ejus tum-
non minus Ecclesiae cupere profici illum Epi-
scopatu illi nam & a multis jam annis in aula
meae obsequiis & gravissimis quibusque negotiis
obsequiis indefesso studio ac singulari cum laude
industriae integritatis & probitatis versatur. Et cum
nullum sit genus honestae laudis bono Artifice
dignum quod in eo non reperiat, non possum
non magnopere pro eo contendere ex cujus specta-
tis virtutibus plerimum ad Ecclesiam Dei utilita-
tis profuturum certo mihi persuadeo. Itaque ut
hanc commendationem meam Ecclesiaeque Var-
niensis consentiens studium auctoritate quoque
sua Sanctitas Vestra confirmet ratumque esse ve-
lit majorem in modum peto, Cuius Paternis
benedictionibus me Aeque mea commendo.

Datum Cracoviae &c.

256

